

N. III. Patriarchatum hujus Alms Urbis Basilicarum Altaria maxima esse dignoscuntur...

Et quoniam Altare vetus, ut accepimus, dedicatum & sanctificatum fuerat in honorem Beatissimae Virginis MARIE...

In hunc nostrum Operis de Feo Beatissima, opem tuam supplices imploramus...

Beatis tibi Bernardi Confessoris verbis, te ita precamur. Nos omnes tuo Filio commendamus...

Sacrosancta, ut Benedicamus, per gratiam, quam invenisti, per prerogativam, quam percipisti...

In hac Basilica nunc Sancta Mariae Majori, nunc Sancta Mariae ad Praesepe, nunc Sancta Mariae ad Nives appellari semper consuevit...

Caelorumque Reginae dedicamus. Ad te igitur demissis mentis obsequio plenaque fiducia conversi...

Ut itaque illi in supremo agone laboranti praesens patrocini tui praesidium, ob Monasterii in tuum honorem extructi meritum, attulisti...

In illa tremenda lucta confidantibus, pari pietate succurre; atque haec, quae in honorem tuum, & ad augendam hujus Sacrosanctae Basilicae...

Reliquum est, ut Nosmetipsos, atque hujus Basilicae Clerum, cunctosque fideles in ea nunc congregatos, quive ad eandem devote visitandam accedent...

Interim Carissima in Christo Filia Nostra Maria Theresia Illustris Regina Bohemiae & Hungariae, & Imperatrix...

Summa totius rei in eo posita est, ut Patriarchatus Aquilejensis perpetuo suppressatur, duoque erigantur Archiepiscopatus...

Summa totius rei in eo posita est, ut Patriarchatus Aquilejensis perpetuo suppressatur, duoque erigantur Archiepiscopatus...

Summa totius rei in eo posita est, ut Patriarchatus Aquilejensis perpetuo suppressatur, duoque erigantur Archiepiscopatus...

Summa totius rei in eo posita est, ut Patriarchatus Aquilejensis perpetuo suppressatur, duoque erigantur Archiepiscopatus...

Summa totius rei in eo posita est, ut Patriarchatus Aquilejensis perpetuo suppressatur, duoque erigantur Archiepiscopatus...

Summa totius rei in eo posita est, ut Patriarchatus Aquilejensis perpetuo suppressatur, duoque erigantur Archiepiscopatus...

Summa totius rei in eo posita est, ut Patriarchatus Aquilejensis perpetuo suppressatur, duoque erigantur Archiepiscopatus...

Summa totius rei in eo posita est, ut Patriarchatus Aquilejensis perpetuo suppressatur, duoque erigantur Archiepiscopatus...

Summa totius rei in eo posita est, ut Patriarchatus Aquilejensis perpetuo suppressatur, duoque erigantur Archiepiscopatus...

Summa totius rei in eo posita est, ut Patriarchatus Aquilejensis perpetuo suppressatur, duoque erigantur Archiepiscopatus...

Summa totius rei in eo posita est, ut Patriarchatus Aquilejensis perpetuo suppressatur, duoque erigantur Archiepiscopatus...

verenerationis pretium, Nos certe, devotionis erga Te, ac pietatis affectu, nemini concessuros esse audenter affirmabimus...

Sanctum Pontificem Sincicum Praedecessorem Nostrum, quam aliqui in deteriore partem acceperant...

Sanctum Pontificem Sincicum Praedecessorem Nostrum, quam aliqui in deteriore partem acceperant...

Sanctum Pontificem Sincicum Praedecessorem Nostrum, quam aliqui in deteriore partem acceperant...

Sanctum Pontificem Sincicum Praedecessorem Nostrum, quam aliqui in deteriore partem acceperant...

Sanctum Pontificem Sincicum Praedecessorem Nostrum, quam aliqui in deteriore partem acceperant...

Sanctum Pontificem Sincicum Praedecessorem Nostrum, quam aliqui in deteriore partem acceperant...

Sanctum Pontificem Sincicum Praedecessorem Nostrum, quam aliqui in deteriore partem acceperant...

Sanctum Pontificem Sincicum Praedecessorem Nostrum, quam aliqui in deteriore partem acceperant...

Sanctum Pontificem Sincicum Praedecessorem Nostrum, quam aliqui in deteriore partem acceperant...

Sanctum Pontificem Sincicum Praedecessorem Nostrum, quam aliqui in deteriore partem acceperant...

Sanctum Pontificem Sincicum Praedecessorem Nostrum, quam aliqui in deteriore partem acceperant...

Sanctum Pontificem Sincicum Praedecessorem Nostrum, quam aliqui in deteriore partem acceperant...

Sanctum Pontificem Sincicum Praedecessorem Nostrum, quam aliqui in deteriore partem acceperant...

Sanctum Pontificem Sincicum Praedecessorem Nostrum, quam aliqui in deteriore partem acceperant...

Sanctum Pontificem Sincicum Praedecessorem Nostrum, quam aliqui in deteriore partem acceperant...

Sanctum Pontificem Sincicum Praedecessorem Nostrum, quam aliqui in deteriore partem acceperant...

Sanctum Pontificem Sincicum Praedecessorem Nostrum, quam aliqui in deteriore partem acceperant...

Sanctum Pontificem Sincicum Praedecessorem Nostrum, quam aliqui in deteriore partem acceperant...

Sanctum Pontificem Sincicum Praedecessorem Nostrum, quam aliqui in deteriore partem acceperant...

Sanctum Pontificem Sincicum Praedecessorem Nostrum, quam aliqui in deteriore partem acceperant...

Sanctum Pontificem Sincicum Praedecessorem Nostrum, quam aliqui in deteriore partem acceperant...

In Nostra Litera Apostolica de nova Martyrol. Roman. editione, eidem Martyrolog. praxibus nu. 60. & pluribus seq.

Cap. Gloria fer. de Re. liq. & Venerat. Sanctorum in scato.

NUM. IV.

Ad Constit. L. pag. 226.

ALLOCUTIO

Habita in Consistorio Secreto Feria II. die 5. Julii MDCCLLI. super suppressione Patriarchatus Aquilejensis, & duorum Archiepiscopatum Utinensis, & Goritienensis erectione.

VENERABILES FRATRES.

PERSPECTAM Vobis ex hoc ipso loco ante benedictionem, cognitamque fecimus mentem nostram deligendi Vicarium Apostolicum, qui administrandam susciperet eam partem Diocesis Aquilejensis...

Interim Carissima in Christo Filia Nostra Maria Theresia Illustris Regina Bohemiae & Hungariae, & Imperatrix...

Summa totius rei in eo posita est, ut Patriarchatus Aquilejensis perpetuo suppressatur, duoque erigantur Archiepiscopatus...

fortitate exercenda nullum in posterum alter alteri inferre queat impedimentum; in quo publicis pacis, & quietis fiat fundamentum.

4. Sacrorum Canonum scientia, rerumque ad Ecclesiasticam historiam spectantium cognitione Vos ita praeditos arbitramur, ut supervacaneum judicemus vestris oculis argumenta subjicere...

5. Itaque Vos hortamur magnopere, ut animos vestros ad Deum, a quo bona universa descendunt, nobiscum convertatis...

6. Itaque Deo beneficentissimo singulares agimus gratias, & habebimus perpetuas. Sed, quoniam Ipse causis secundis, veluti quibusdam instrumentis, uti consuevit, ut ea perficiat, quibus hunc Orbem terrarum complere statuit...

7. Eodem profertur animi sensu commendamus, plurimasque rependimus gratias Dilectis Filiis Nostris hoc loco praesentibus, Carolo Cardinali Rezzonico, & Mario Cardinali Millino, qui in gerendo, ac demum in perficiendo tam gravi negotio...

Sequuntur Littere Apostolicae, & Alia Constitutionalia, spectantia ad temporariam deputationem Vicarii Apostolici, de qua mentio fit in Bulla, & in praecedentis Allocutione.

Erectio Vicariatus Apostolici in parte Diocesis Aquilejensis, Aultriacae Familiae Dominio subiecta.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

1. Omnium Ecclesiarum sollicitudinem, una cum Apostolica B. Petri Sede; & cum potestate Domini Nostri Jesu Christi in terris Vicaria, tenuitati nostrae impostam agnoscentes...

2. Quod itaque deliberato rerum ordini conveniens & congruum reputamus, omnia & singula praecedentibus temporibus capta temperamenta abrogantes & irritantes, decernimus primo, atque statuimus, eam Aquilejensis Diocesis partem, que sub tenem.



N. IV. temporali Austriaca ditione constituta est, ab uno Apostolico Vicario, ut præfetur, in spiritualibus regendam & gubernandam fore: *Secundo*, volumus & statuimus, hujusmodi Vicarium ad tractus prædicti regimini Apostolica auctoritate pro tempore deputandum, Episcopali characterè insignitum esse; cum Titulo, alicuius Ecclesie in partibus Insidelium sitæ, & in singulis personarum mutationibus de more varianda. *Tertio*, eundem Vicarium in loco prædictæ ditionis, illius spirituali regimini committendæ, residere debere, ut ibi ea omnia, tam quæ ad Ordinem, quam quæ ad Jurisdictionem pertinent, fructuose exequantur, quæ a Patriarcha Aquilejensi, tamquam prædictorum locorum Austriacæ ditioni subditorum Ordinario, si ipsi in illis locis actu permittum esset jurisdictione sua uti, fierent, & exercerentur. *Quarto*, quæcumque per Vicarium hujusmodi circa præmissa fierent, ea omnia, Nostro & Successorum nostrorum nomine, & hujus Apostolicæ Sedis auctoritate, facta intelligi debere. *Quinto*, deputationem hujusmodi Vicarii, tam per Nos, quam per Successores nostros, quæcumque faciendam, semper fieri de persona accepta, & minime suspecta supremo Territoriali Principi eorum locorum, in quibus delegatam sibi jurisdictionem exercere debet; quod quidem & a Nobis præstabitur, quoties hujusmodi Vicarii deputationem per nos fieri contingeret; & ut a Successoribus nostris Romanis Pontificibus similiter fiat, Nos ipsi, præsentium tenore, quantum in Nobis est, magnopere suademus, quo scilicet Vicarius ipse pro tempore constitutus tranquillo muneris sui administratione, cum popularum utilitate, potatur. *Sexto*, volumus, atque statuimus, ejusdem Vicarii deputationem semper fieri cum consueta clausula, *ad Nostrium, & Sedis Apostolicæ beneplacitum*, ita tamen, ut, cessante Vicarii deputatione, sive per obitum, sive per cessionem, aut remotionem ipsius deputati, antequam terminus Vicariatus præstitutus adveniat; ab altero Vicario similis, prædicto termino durante, in defuncti, aut cedentis, sive ramoti locum subrogari debeat, servatis aliis omnibus, quæ supra diximus in hujusmodi Vicariis Apostolice deputatione servanda fore. *Septimo*, statuimus atque decernimus, dictorum locorum regimini per Vicarium Apostolicum tamdiu administrari debere; seu tamdiu in iis partibus Vicariatuum Apostolicum perdurare, donec vel Nostri aut Successorum nostrorum opera finis impositus fuerit vigentibus diffensionibus, propter quas Aquilejensi Patriarchæ præpeditur jurisdictionis Ordinariæ exercitium in eam Diocæsiam suæ partem, quæ Austriacæ ditioni subest; vel donec, eisdem diffensionibus nequaquam extinctis, opportuna aliqua ratio, communi partium consensu, Nostrique aut Successorum nostrorum approbatione, iniri valeat, per quam, Ecclesiastici, Superioris ibidem residentis regimine, animarum Fidelium in prædictis locis existentium necessitatibus consulatur; quod unum nempe in hujusmodi Apostolico Vicariatu, ut præfetur, constituendo, Nobis propositum fuisse iterum profiteremur. *Ultimo* locodecernimus & declaramus, quæcumque a Nobis de Apostolico Vicario & Vicariatu prædictis statuta sunt, & statuuntur, sine ullo, tam unius, quam alterius Partis præjudicio, & falsis omnibus earum juribus, tam in petitorio, quam in possessorio, statuta, & ordinata intelligi debere.

§. 3. Et quoniam præmissa omnia frustra statuta viderentur, nisi certus intra memoratum Regionis tractum præficeretur locus, in quo Apostolicus Vicarius ad exequenda munera sibi demandata residere deberet; & nisi simul ipsius Vicarii pro tempore deputandi sustentationi consuleretur; Nos earundem præsentium tenore, & auctoritate præfata, statuimus & mandamus, ut idem Vicarius, ejusque Successores quæcumque deputandi, in Civitate Goritiæ præfata Aquilejensis Diocæsiam residere debeant, & habitare in ædibus, quas pia liberalitas Augustini Condellii nuper defuncti, & quidem domestica suppellectile instructas, una cum adnexo viridario, & propinquo vineo sub arcem ipsius Civitatis posito, & cum Oratorio, seu Cappella eidem ædibus adjacente, pro Vicarii Apostolice pro tempore futuri habitatione & commodo, obtulit. Pro ipsius autem Vicarii Apostolice sustentatione, certos fundos ab eodem ipso pio benefactore, prævio plenatio assensu Carissimæ in Christo Filie Nostre Marie Theresie Hungariæ & Bohemiæ Regine Illustris, in Romano-

rum Imperatricem electæ, castis & elargitis, aliaque bona a quondam Viro Giulino relicta, attribuimus & assignamus, iuxta ea, quæ in mandatis dabimus. Apostolice Executori ad præmissorum effectum per Nos deputando; coram quo verificari, & in forma juris valida constabuntur debeant, quæcumque pertinent ad designatam Vicarii prædicti habitationem, & redditus pro illius sustentatione attributos.

§. 4. Præsentem demum Litteras, & in eis contenta, & statuta quæcumque, etiam ex eo, quod quilibet in præmissis, seu in eorum aliquo, jus aut interesse habentes, vel habere quomodolibet prætentendos, cujusvis status, gradus, ordinis, præminentie, & Ecclesiasticæ, aut Mundanæ Dignitatis existant, etiam specificæ & individua mentione digni, illis non consentent, nec eorum aliquos ad ea vocatos & auditos; neque causas, propter quas præsentibus emanaverint, satis verificatas aut justificatas fuisse alicui possit, aut ex alia qualibet etiam juridica, & privilegiata causa, colore, pretextu, & capite, etiam in corpore juris clauso, nullo subreptionis aut obreptionis vitio, seu intentionis nostræ, aut interesse habentium consensu, alicui quolibet defectu notari, seu eorum obsequio impugnarum, aut in controversiam vocari possit; sed tamquam pro nostri Apostolice muneris implemento, ad promovendam animarum salutem, & spirituales Fidelium in prædictis locis degentium utilitatem, plurimosque & perniciosos abusus removendos, ut præfetur, ac motu & auctoritate præmissis, factas & emanatas, omnimoda firmitate validas & efficaces existere & fore, suosque debitos effectus sortiri, & obtinere, & illis ad quos spectat, & pro tempore quæcumque spectabit, plenissime suffragari, ac respective ab iis, ad quos pertinet, & posterum pro tempore pertinebit, in omnibus & per omnia, inviolabiliter observari volumus, & auctoritate prædicta statuimus & decernimus.

§. 5. Sicque & non aliter per quoscumque Judices Ordinarios, & quæcumque etiam Apostolica auctoritate delegatos, etiam S. R. E. Cardinales de latere Legatos, & Apostolicæ Sedis Nuncios, aliosque quoslibet, sublata eis, & eorum cuilibet, aliter iudicandi & statuendi auctoritate & facultate; iudicari & demum debere; ac irritam & inane, si fecus super his a quoquam scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 6. Non obstantibus nostris, & Cancellariæ Apostolicæ Regula de jure quæsto non tollendo, aliisque Apostolicis, seu in Universalibus, Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis, generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus; nec non quibusvis, etiam Apostolicæ Sedis tolerantia, seu expressa confirmatione, vel quavis firmitate alia roboratis, sibus, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus, Privilegiis quoque, indultis, aut Litteris Apostolicis, cuilibet Ecclesiæ, aut quibuscumque Personis, quæcumque Ecclesiasticæ, vel Mundanæ Dignitate fulgentibus, etiam specificæ & individua mentione dignis, sub quibuscumque formis, & verborum tenoribus, etiam motu simili, & de Apostolicæ potestatis plenitudine, seu consistorialiter, ac alias quomodolibet, in contrarium præmissorum concessis, & emanatis, ac pluries confirmatis, approbatis, & innovatis; Quibus omnibus, ac singulis, etiam, pro illorum sufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specificæ, & individua mentio habenda, seu quævis alia forma ad id servanda foret, illorum tenores, formas, causas, & occasiones præsentibus pro plene & sufficienter expressis, & exactissime servatis, & specificatis respective habentes, illis alias in suo robore permanentibus, hac vice damtaxat, & ad præmissorum effectum, plenissime derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Anno Piscatoris die 29. Novembris 1749. Pontificatus Nostri Anno X.

Alle

Allocutio habita in Consistorio Feria 2. die 1. Decembris 1749. post editionem præmissi Brevis.

VENERABILES FRATRES.

Postquam initio hujus Consistorii verba fecimus de proxima Anni Sancti celebritate, aliaque negotia expeditivam, molestum non sit vobis adhuc paululum immorari, donec vobis rem gravissimam exponamus.

§. 1. Nemini fortasse vestrum explorata non est misera conditio, in qua multo abhinc tempore versatur ea pars Diocæsiam Aquilejensis, quæ Dominationi Austriacæ subicitur, ubi nullam conceditur Patriarchæ exercere Jurisdictionem, nullumque regimen, ob eas causas, quas hoc loco recensere supervacaneum existimamus.

§. 2. Ut remedium aliquod huic incommodo afferretur, iis prætermisissis, quæ antiquiora sunt, curæ, & labores plurimi fuerint infumpti, cum Urbanus VIII. Prædecessor noster summum Pontificatum teneret; plurimum quoque quæsitum est de eodem negotio posterum tempore, ita tamen ut omnis conatus vanus irritusque cesserit. Cum deinde ad hanc Apostolicam Sedem licet immerentes evecti fuimus, eadem Diocæsiam Aquilejensis pars, quæ in Ditione Austriacæ posita est, hac ratione, quam modo subicimus, administrari consueverat: Diocæsiani scilicet illi, siquid ipsis contingeret, ad Apostolicum Nuntium Viennæ commorantem confugiebant, qui rem totam, si proferri in tempus aliquod posset, Patriarchæ Aquilejensi exponebat, atque ad ejus consilium omnia exigebat. At, quemadmodum quique facile intelligit, satis id non erat, ut spiritualia illius Gentis negotia recte gereretur, immo vero tractu temporis res in deterius prolapsa sunt. Etenim cum Nuntius Viennensis pristinum institutum significandi ea, quæ accidebant, Patriarchæ Aquilejensi, retinere amplius non posset, neque ab illo expectare, quæ forent statuenda; Nos adducti fuimus ad decernendum, ut Diocæsiani illi Nuntium Viennæ degentem adirent, qui negotiis eorum consuleret, Nosque omnium, quæ peragebat, participes redderet, ut auctoritate nostra probarentur. Porro id consilii cepimus, eo quod, novis in dies diffidiis interpositis, nullo pacto liceret Patriarchæ se immiscere negotiis suæ Diocæsiam in ea parte, quam temporalis dicit Austriacæ complectitur, & quæ cum ampla sit, non modo omni prorsus Ecclesiastica cura caruisset, sed obnoxia quoque fuisset non vano discrimini, ne Religio ipsa Catholica maximum pateret detrimentum, cum potissimum ad aures nostras perveniret, hoc tempore laetius in illis locis heresis pestem esse propagatam. Eadem ab ipso nostri Pontificatus exordio constituitur vires omnes impendere, ut huic gravissimo malo mederemur. Animam quoque nostrum inflammavit pietas, ac religio Charissimæ in Christo Filie Nostre Marie Theresie Hungariæ & Bohemiæ Regine Illustris, & Imperatricis, quæ pro re gerenda Virum certum & fidum ad Nos misit, ac deinde suis apud Sedem Apostolicam Ministris illam perficiendam mandavit. Quot somno & quieti ademimus horas, ut in id negotii incumberemus, quot cordis maeroribus considiati, quot conscientie aculeis fuerimus agitati; Deum O. M. Testem advocamus. Intelligebamus enim provinciam spirituales regiminis Viennensis Nuntio nostro demandatam, ut de iis omnibus, quæ acciderent, certiores Nos redderet, exiguum utilitatem afferre, & parum esse contentaneam, cum & Nuntius longe moraretur ab illis locis per ipsum moderandis, & plura Nobis deessent, quæ sub oculis habenda erant, ut nostra auctoritate firmaremus ea, quæ ab ipso Nuntio gererentur.

§. 3. Cum Urbanus VIII. Prædecessor noster hanc Sedem Apostolicam obtineret, propositum fuit ab Aquilejensi Patriarcha, eam Diocæsiam partem dividere, quæ a parte Imperii nuncupabatur, & Austriacæ ditioni subicitur, ibique novum Episcopatum constituere, Idem tempore Pontificatus nostri, & modo potissimum in medium profertur; At vero, omnis difficultatis, quæ, cum novi Episcopatus eriguntur, exoriri solent, illud præsertim adversari

visum fuit, nempe Diocæsiam in partes fecerere ob controversias, quæ ob eam causam excitantur, quod diversæ ejusdem Diocæsiam partes diversis sæculi Principibus subiciantur. Cum S. Pius V., & Gregorius XIII. Pontificatus gererent, Visitatores Apostolicos missos fuisse legitimus in eam partem Diocæsiam Aquilejensis, quæ pertinet ad Austriacam Dominationem, eo quod turbæ concitatae fuisset eo tempore in Patriarcham Aquilejensem, ne suam in eis locis jurisdictionem libere exerceret. Attamen cum perniciosus, ac detrimentum illius Diocæsiam non in peculiaribus quibusdam pervertitibus, sed in eo potissimum sit, quod Patriarcha Aquilejensis ab assiduo, præsentaneo, & necessario regimine impediatur; ideo facile dignosci potest, exiguum, & brevem utilitatem expectandam esse a Visitatore, qui fortasse alio tempore remedium sufficiens huic malo afferre potuisset. Postremo cum Urbanus VIII. in hac Apostolica Cathedra federet, magno studio propositum fuit, in ea parte Diocæsiam Aquilejensis, quæ Germanicæ finitima est, Episcopatum Patriarchæ suffraganeum collocare, sed tot, ac tanta impedimenta occurrerant, ut ab eo consilio non sine gravi Pontificis molestis fuerit desistendum. Quomobrem Deo O. M. negotium imprimis commendantes, & rebus omnibus accurate examinatis, decrevimus Vicarium Apostolicum constituere in ea parte Diocæsiam Aquilejensis, quam jam toties nominavimus; quod & sacris Canonibus, & veteri recentique Ecclesiæ Discipline accommodatum videtur. Sed ne Populus ille careat Ecclesiastico regimine, & ne Oves illæ Pastore destituantur, qui periclitantibus opem ferat, eundem Vicarium Apostolicum Titulo Episcopi in partibus decorabimus, ut quoad Ordinem, & Jurisdictionem, exerceat, nomine nostro, ac Sedis Apostolicæ auctoritate, quæcumque a Patriarcha Aquilejensi, tamquam illius loci Ordinario, persicerentur. Quare si animo libero, attentoque res perpendatur, dubitari nequit, quin Vicarius Apostolicus hoc pacto satisfactorius sit illis omnibus, in iisdem locis, quæ per Nuntium nostrum Viennensem agebantur; hoc tamen interposito discrimine, quod Vicarius Apostolicus præfens in illis locis demandatam provinciam utilius sustinebit, quam Nuntius noster Viennensis, qui absens eadem loca moderabatur.

§. 4. Neque omittendum est, Sedis Apostolicæ auctoritati in hoc Vicario constituendo a Nobis consultum esse, ea formula superaddita: *ad Nostrium, & Sedis Apostolicæ beneplacitum*; Neque facultatem elargiti sumus supremo Territorii Domino hujus Vicarii nominandi, cum nullum inveniatur exemplum, quo facultas hujusmodi permittitur unquam fuisse alicui demonstratur. Illud tamen polliciti sumus, quod a Successoribus nostris quoque præstandum non dubitamus, videlicet Apostolicum Vicariatuum a Nobis conferendum illi, qui eidem Territorii Domino gratus fuerit, ejusque Successoribus; quod sane necessarium putavimus, ut idem Vicarius suo felicitate munere perfungatur. Id etiam quodammodo debeatur pietati Carissimæ in Christo Filie Nostre Marie Theresie Hungariæ & Bohemiæ Regine Illustris, & Imperatricis, cujus præsertim auctoritate locus idoneus atque stabilis pro Vicarii Apostolice Sede, & omnia pro decenti illius sustentatione necessaria, constituta fuerunt. Nullius omnino rationibus detrimentum inferimus, eo quod Vicariatuum hujusmodi decernentes, hanc addidimus clausulam: *Citra præjudicium Partium tam in petitorio, quam in possessorio*. Insuper eundem Vicariatuum tamdiu permanfurum declaramus, quamdiu vel principalis causa absolvatur, vel ipsa causa nondum absoluta, alia ratio deprehendatur, Partibus consentientibus, Nobisque aut Successoribus nostris probantibus, quæ recte possit administrari, quæ ab Austriacæ Dominatione dependet.

§. 5. Ecce quæ deliberavimus, & firmata Litteris Apostolicis in forma Brevis expedienda curavimus, quæ vobis etiam significanda censuimus. Superest de Viro idoneo, qui Vicarius Apostolicus eligatur, cogitare; ac de facultatibus, quæ ipsi ejusque Successoribus tribuendæ videantur, quod quidem negotium, post accuratum examen, alio Brevi Apostolico peragetur. Sed quoniam præter Vicariatuum, alie controversiæ, quæ Canonicis, & Capitulum Aquilejense respiciunt, componendæ su-

per-



N. IV. perant; si Deus incolumes, & sospites nos tuebitur, illas pro muneris nostri ratione minime prætermittemus.

§. 6. Neque vos latere debet, concordem prius animarum, & consensum Carissimæ in Christo Filia Nostræ Mariæ Theresiæ Hungariæ, & Bohemiæ Regiæ Illustris, & Imperatricis, accessisse iis omnibus quæ usque modo peracta sunt; Inelita quoque Venetorum Republica in genere nullatenus improbane. Pro certo pariter habemus, quod Dilectus Filius Noster Daniel Delphinus Patriarcha Aquilejensis, si calamitatem Diocesis suæ, in ea parte, quæ Germaniæ finitima est, perpendet, & difficultates maximas, quibus ipse ob hanc causam implicabatur; insignes alios Episcopos imitabitur, qui cum nullo modo ob gravissima impedimenta partem suæ Diocesis administrare libere possent, Sedi Apostolicæ gratias habere non omiserunt, eo quod Vicario Apostolico eam Provinciæ partem commiserit ipsius Sedis Apostolicæ nomine gubernandam, donec de medio auferrentur impedimenta. Nam id ipsorum Jurisdictionem non modo imminuit, sed potius tuetur, & animarum saluti magnopere consulit, quam nobis ante oculos ab exordio ad finem usque hujus præsentis negotii unice proposuisse profitemur.

§. 7. Antiqua rerum monumenta perquirentes, inventimus bonæ memoriæ Joannem Garziam Millinum, iussu Urbani VIII. Prædecessoris nostri, multum laboris infumpsisse in hoc Aquilejensi negotio, quod eo tempore propositum fuerat. Nos etiam commendare plurimum debemus Dilectum Filium Nostrum Card. Mariam Millinum, qui hoc idem negotium Imperatricis nomine nobiscum examinandum suscepit, nec ullam diligentiam, ac laborem prætermisit, ut eo, quo jam pervenit, illud duceret; ipse quidem ministerio sibi commissio virtutem optimi Cardinalis adunxit, ut Catholicam Religionem juvaret.

Sequitur Deputatio in Specie Vicarii Apostolici ad regimen illius partis Diocesis Aquilejensis, quæ Austriacæ Familiæ Dominio subiecta est.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. POSTQUAM per alias nostras Apostolicas Litteras, die 29. Novembris anni proxime præteriti in forma Brevis expeditas, quarum initium est: Omnium Ecclesiarum; statum atque decrevimus, eam partem Diocesis Aquilejensis, quæ temporali Austriacæ Familiæ Principum Ditioni subiecta est, per unum Vicarium Apostolicum Episcopali caractere insignitum, ad nostrum & Sedis Apostolicæ beneplacitum per Nos deputandum, nostro nomine, nostrasque Apostolicas auctoritate, in spiritualibus regendam & gubernandam fore; adjecta declaratione, quod per nullum præjudicium tam unius, quam alterius dissentientis Partis iuribus, sive quæ ad petitorium, sive quæ ad possessorium pertinent, irrogari censetur; additoque Decreto, ut Apostolicus Vicariatus hujusmodi tandiu in illis partibus perdurare debeat, donec vel primaria vigenti controversiæ finis impositus fuerit, vel, ea etiam minime sublata, alterius generis ratio, communi partium consensu, ac nostra, vel Successorum nostrorum approbatione, iniri valeat, per quam animarum Fidelium in iis locis existentium regimini, ac spiritualibus necessitatibus consulatur; quod unum nempe Nobis, & Prædecessoribus nostris propositum fuit, in hujus gravissimi negotii tractatione, tot annorum decursu & tam studiosa maturitate discussa; ut latius in dictis nostris Litteris continetur: Quum illud quoque in dictis nostris Litteris continetur: Nos alius deinde prædictam Diocesis Aquilejensem partem in spiritualibus gubernandam edendis, distinctius expressuros esse facultates, quas eidem Vicario impertiri intendebamus, & respisa ab eodem exerceri volehamus; Ideo, quum Nos nuper Dilectum Filium Carolum de Attems Canonicum & Thesaurarium Ecclesiæ Basiliensis, de cuius vitæ ac morum honestate, aliisque laudabilibus virtutum meritis, nec non de idoneitate ad Vicarii hujusmodi munus obe-

undum per diligentem inquisitionem certiores facti fuimus, & cuius personam Carissimæ in Christo Filia Nostræ Mariæ Theresiæ Hungariæ & Bohemiæ nec non Romanorum Regiæ, Carissimi in Christo Filii nostri Francisci eorumdem Romanorum Regis in Imperatorem electi Coniugi, acceptam esse novimus, Ecclesiæ Episcopali Menniten. in partibus infidelium sitæ præferere proposuerimus, nunc ipsum Carolum per præsentem nostras Apostolicas Litteras, in ea parte Diocesis Patriarchæ Aquilejen. quæ temporali Austriacorum Principum ditioni subest, Apostolicum in spiritualibus Vicarium, Officiale, & Commissarium, ad nostrum & ipsius Sedis Apostolicæ beneplacitum, constituimus & deputamus, sine præjudicio iurium tam unius, quam alterius partis, sive in petitorio, sive in possessorio; atque ea lege, ut tandiu Vicariatus hujusmodi perdurare debeat, donec vel primaria nunc vigens controversiæ sublata fuerit, vel, ea etiam permanente, alia aliqua ratio inveniatur, de utriusque partis consensu, a Nobis, seu a Successoribus nostris Romanis Pontificibus approbata, per quam animarum Fidelium inibi commorantium spirituali regimini provideatur; juxta ea, quæ in dictis aliis nostris Apostolicis Litteris incipiunt. Omnium Ecclesiarum, quarum tenore præsentibus haberi volumus pro inserto, declaravimus atque decrevimus. Eidemque Vicario sic deputato injungimus & mandamus, ut simul ac Episcopalis Consecrationis munus susceperit ab eo Antistite, quem Nos ad illud, cum aliorum duorum Antistitum assensu, ipsi conferendam delegabimus, prædictæ partis Diocesis Aquilejen. quæ Austriacæ Familiæ dominio paret, spirituale regimen & gubernium assumat. Pro ipsius autem congrua habitatione, domum in civitate Goritiæ sitam, cum adnexo viridario, & Cappella publica, nec non pro ejusdem sustentatione totum id, quod bonæ memoriæ Augustini Codellii pro ipso Vicario, ejusque Successoribus, cum prævio plenario assensu dictæ Carissimæ in Christo Filia Nostræ Mariæ Theresiæ Regiæ ac Imperatricis electæ, ex propriis bonis & iuribus, donavit & cessit, cujus quidem cessionis validitatem, prout etiam fundorum realitatem & exigibilitatem, a Venerabile Fratre Hernaldo Episcopo Labacensi, & respective admittam & acceptatam, Nos ipsi approbavimus & confirmavimus; accepta etiam legali descriptione bonorum omnium a prædicto Codellio, ut supra diximus, elargitorum, quam idem Hernaldes Episcopus ad Nos transmisit, & cuius authenticum exemplum ipsi Vicario Apostolico traditurum se pollicitus est; repositis in suo Episcopali Archivio reliquis omnibus monumentis, quæcumque pertinent ad prælatam Domum & Cappellam, Goritiæ sitas, aliisque fundos ab eodem pio benefactore datos; ipsi Carolo electo Menniten, quamdiu in officio Vicariatus hujusmodi permanerit, concedimus atque assignamus.

§. 2. Quia vero ex multorum fide dignis relationibus edocti sumus, & ex ipsa humanarum rerum consideratione persuasum habemus, postquam Patriarchæ Aquilejen. tam longo temporis spatio, non sua quidem culpa, aut negligentia, sed propter notas dissensiones, vigentesque controversias, impeditus fuit ab exercendo regimine illius Diocesis suæ tractus, qui ab Austriacæ Domus imperio pendet, atque hujus spirituale gubernium aliquandiu secreto gestum fuit ab Apostolicæ Sedis Nuntio Viennæ in Austria commorante, cum aliquo ipsius Patriarchæ consilio & scientia in iis rebus, quæ prompta ac præsentis providentia non indigerent; deinde vero, memoratis dissensionibus magis magisque adactis, hujusmodi regimen ab eodem Nuntio Apostolico, Nobis dumtaxat immediate consultis, administratum fuit; quia, inquam, satis intelligimus, verendum esse, ne, tot annis labentibus, ac spiritalis vineæ cultoribus longe constitutis, vepres & spinæ in eam nimium crevererint, ita ut sine magno ac diuturno labore ac studio inde eradicari non valeant; Hinc est, quod Nos præsentibus nostris Litteris ea primum indicare statuimus, quæ a prædicto Vicario Apostolico a Nobis, ut præterit, deputato, ejusque Successoribus in futurum forsan deputandis, pro recto instructi sibi muneris implemento præstari volumus.

lunus atque requirimus; mox facultates recensere, quas eidem Vicario ad effectum hujusmodi duximus tribuendas, quæque per norma erunt vicariatum, quibus instrui debebunt alii Vicarii similes, post ipsum forsan inibi deputandi; ac denique alia quædam statuere & ordinare, quæ ad prævidendam ejusque generis perturbationes & controversias opportunè stabilienda judicavimus.

§. 3. Hoc igitur primum hujusmodi Vicario Apostolico districte injungimus & demandamus, ut omni cura ac sollicitudine pro conservanda Catholicæ Fidei puritate in Populo ipsius speciali regimini concedito, ac propulsandis, longæque ad eo removendis quorumcumque errorum aut hæresium tenebris, vigilare non desinat; tum Ecclesiasticæ Disciplinæ leges, tam quæ ad Divinum cultum, quam quæ ad vitæ & conversationis exempla pertinent, a Sacerdotibus, ac reliquis inferiorum Ordinum Clericis exacte observari curet; Christianam pietatem ac morum sanctitatem in omni Fidelium gradu promoveat; ideoque omni studio det operam, ut pueri ac puellæ Catholicæ Fidei & Christianæ Doctrinæ rudimentis diligenter imbuantur, non solum per animarum Rectores, sed etiam per Patres familias, eosque omnes, quibus adolescentium instructio & educatio commendatur. Univerfo autem Populo, per eos, ad quos pertinet, publice ab Altari, vel e suggestu, explicari & inculcari jubeat, quæcumque ad æternam salutem credenda sunt, & agenda. Caveat insuper, ne quis requisitis qualitatis desituit ad Ecclesiasticæ Ministerii & Sacros Ordines admittatur; neve Presbyteri ad Sacramentales Consecrationes accipiendas deputentur, nisi qui, cum singulari vitæ probitate, necessariam quoque scientiam conjunctam habeant, quæ valeant lepram a lepra discernere, & competenter animarum vulneribus medicinam adhibere. Et quoniam omnibus hisce injunctis sibi oneribus idem Vicarius Apostolicus plene satisfacere non possit, nisi in locis ipsius regimini commendatis resideret, ac personalem & localem visitationem, juxta Tridentini Concilii leges, perageret; ideo districtam ipsi obligationem imponimus ibi residenti, & universum Diocesis prædictæ tractum Austriacæ Domus temporali dominio subiectum, personarumque in eo commorantes, ad normam Conciliarium Statutorum, visitandi; volentes, ut, postquam visitationem hujusmodi expleverit, ac per eam, quæ sibi erunt prudenter investiganda, cognoverit; omnia, quæcumque ad spirituale regimen pertinent, quamprimum referat ad Nos, & ad Sedem Apostolicam, cujus nomine & auctoritate partem illam Diocesis Aquilejensis gubernabit; atque hinc oportuna sibi consilia, atque etiam auxilia requirat, quibus errores & scandala adversus Religionis ac disciplinæ integritatem insurgentia evellat ac destruat.

§. 4. Sane in Apostolicorum Vicariorum deputationibus, quæ ab hac Apostolica Sede, pro Ecclesiarum & Locorum necessitatibus, in dies fieri consueverunt; ut omnibus colligere licet ex Constitutione rec. mem. Prædecessoris nostri Sixti Papæ V., quæ incipit: *Immensa æterni*; qua scilicet S. R. E. Cardinalibus Congregationibus Duodecim a se institutæ præpositis, inter alia, committit, ut, *ubi necessitas exegerit, viros usu & doctrina idoneos, vellos & timentes Deum diligant, qui nostrarum Litterarum auctoritate suffulti, Ecclesias, ut Vicarii Apostolici, regant*; Personis ad hoc munus electis concedi solent facultates visitandi Ecclesias, & Loca pia, atque etiam Monialium Monasteria, etiam exempta, quoad Clausuram; celebrandi Synodum; Judices, Consiliarios, omnesque alios necessarios Ministros & Officiales deputandi, eosque revocandi, & alios in eorum locum subrogandi; multas & penas pecuniarias piis usibus applicandas imponendi; Litteras Monitoriales in forma significavit, pro rebus deperditis, seu furto sublatis, concedendi; in Beneficiis de jure patronatus, eorumque erectione & constitutione, nec non locationibus emphiteuticis, alienationibus, & permutacionibus bonorum Ecclesiasticorum, auctoritatem & consensum præstandi; Casus Matrimoniales, & Civiles ad Forum Ecclesiasticum spectantes, cognoscendi & decidendi; contra delinquentes per in-

stitutionem etiam ex officio procedendi; ac demum omnia & singula exercendi, quæ Ordinatio Locis, ratione jurisdictionis, si is Ecclesiæ aut Diocesis regimen actu exerceret, de jure & consuetudine competere, non solum circa præmissa, sed etiam circa alia, quæ magis specialem & expressam exigent commissionem; ut latius exprimi solet in Litteris Apostolicis, quæ super hujusmodi Vicariorum deputationibus expediuntur; & quarum formulæ apud diversos Scriptores de hac materia agentes typis impressæ leguntur. Itaque Nos Prædecessorum nostrorum Romanorum Pontificum vestigiis insistentes, præfate Carolo Vicario Apostolico in superius expressa parte Diocesis Aquilejen. per Nos, ut præteritur, deputato, prædictas omnes facultates, quæ aliis Vicariis Apostolicis tribui solent, juxta declarationes, tamen, quæ inferius subiciuntur, per ipsum, durante Vicariatu ac beneplacito prædictis in eadem Diocesis parte exercendas, auctoritate Apostolica, tenore præsentium, concedimus & impertimur.

§. 5. Et hæc quidem communiter iis concedi solent, qui Sacerdotali dumtaxat, aut Clericali gradu insigniti, ad hujusmodi munus gerendum in locis atque Diocesis, quarum necessitates id exegerint, a Sede Apostolica deputantur. Verum non raro contingit, ut specialibus quibusdam necessitatibus id exigentibus, quales in præsentis casu concurrunt, & quoties Episcopi Locorum Ordinarii inevitabili aliqua causa ab exercendo regimine suarum Diocesium, vel partis earum, nulla licet ipsorum propria culpa, impediuntur, ad hujusmodi Vicarii Apostolici Officium deputentur Episcopi Titulares, cujus generis aliqui etiam hodierno tempore Vicarii Apostolici esse dignoscuntur; hisque non solum facultates illas, quæ ad jurisdictionem pertinent, ad quam videlicet præmissa referuntur, sed etiam alia quædam ad Ordinem pertinentes, pro pleniori sui muneris implemento, casusmodi sunt facultates administrandi Sacramentum Confirmationis in toto sui Vicariatus districtu, nisi alium Episcopum advocare maluerint, qui illud inibi administraret; conferendi omnes, etiam Sacros, & Presbyteratus Ordines, ad sacrorum Canonum & Concilii Tridentini præscriptum, quibuslibet idoneis personis tam Sæcularibus quam Regularibus, & tam ipsius Vicariatus subditis, quam etiam extraneis, qui suorum Ordinariorum Litteras Testimonialis & Dimissorias exhibent; item personas Vicariatus sui subditas, per Litteras Dimissorias hujusmodi, ad alios Episcopos, tam minoribus, quam majoribus Ordinibus initiandas dirigendi; Olea Sacra, & Sanctum Crisma conficiendi; Ecclesias pollutas reconciliandi; consecrandi Altaria, atque etiam Ecclesias, nec non Calices & Patenas; benedicendi Campanas; & sacrorum suppellestium benedictiones, in quibus sacra Unctio non requiritur, simplicibus Presbyteris delegandi; ejusdemque Vicariatus subditos, certo temporis spatio durante, sive per se, sive per idoneos Confessarios a censuris propter hæresim externam incursum, pro foro conscientia, in actu sacramentalis Confessionis absolvendi. Nos itaque has etiam omnes facultates prædictæ Carolo Vicario Apostolico in memorata Aquilejen. Diocesis parte per Nos, ut præteritur, deputato, tribuere opportunum ducimus; & eam quidem absolvendi ab hæresi, ad triennium tantum, quo elapso, ad hanc Sedem Apostolicam pro ulteriori prorogatione, si ita expediens visum fuerit, recursum habere poterit; reliquas autem superius expressas, quod in hujusmodi Vicariatus Officio permanerit, dicta auctoritate, & earundem præsentium tenore, concedimus, & impertimur.

§. 6. Et quoniam in præfatis Litteris Nostris super Constitutione hujus Vicariatus in genere editis, inter alia, dictum per Nos fuit, quod is, qui ad hujusmodi munus deputandus foret, in vim auctoritatis a Nobis & ab Apostolica Sede sibi delegandæ, in locis hujusmodi Vicariatus subditis, omnia illa exequi deberet, tam quæ ad Ordinem, quam quæ ad jurisdictionem pertinent, quæcumque a Patriarcha Aquilejensi, tamquam Ordinario, in iisdem Diocesis suæ locis Austriacæ ditionis subiectis, fierent, & exercerentur, nisi ipsi, ob vigentes dissensiones actu impeditum esset ibidem jurisdictionem.



N. IV. ditione sua uti; per quæ sane eam auctoritatem Vicario Apostolico in præfatis locis concedendam fore statuimus, quæ Patriarchæ Aquilejensi, uti Episcopo, & Ordinario locali dumtaxat; non vero quæ illi, tamquam Metropolitanæ, competere possit; Idipsum nunc, una cum reliquis omnibus in dictis prioribus Litteris contentis, præsentium tenore confirmamus, atque iterum statuimus, decernentes tamen, ad evitandas, quantum fas est, cujuscumque generis perturbaciones, circa infrascripta capita, sequentes nostras Ordinationes, ac declarationes omnimode servari, ac respectivè attendi debere.

§. 7. Primo videlicet, inhærentes sibi & consuetudini Sedis Apostolicæ, eidem Carolo Vicario Apostolico competere volumus facultatem instituendi in Beneficiis Ecclesiasticis de jure patronatus, quæ intra Vicariatus sui limites vacare contigerit, personas idoneas a legitimis eorum Patronis ad ea præsentatas. In vacationibus autem Ecclesiarum Parochialium, aliorumque Beneficiorum, & Præbendarum, quæ animarum curam adnexam habent, quæque non aliter, quam per concursum conferri debent, eidem Carolo Vicario committimus, & demandamus hujusmodi Concursum indicere, eoque juxta Tridentini Concilii, & Constitutionum Apostolicarum leges, habito atque conclusio, illius acta ad Nos, & Successores nostros, transmittere; simulque proprium consilium & votum in favorem illius, quem hujusmodi Ecclesia, Beneficium, seu Præbenda magis dignum existimaverit, aperire; Nobis autem, & Successoribus nostris Romanis Pontificibus hujusmodi Ecclesiarum, Præbendarum, seu Beneficiorum, super quibus Concursus habitus fuerit, collationem & provisionem in personam eorum, quos ad gerendam animarum curam magis aptos & idoneos in Domino iudicabimus, prædicta auctoritate, & earundem præsentium serie reservamus. Cum vero collatio Beneficiorum simplicium, sive residentialium, quibus animarum cura non imminet, hujusmodi Vicariis Apostolicis permitti non solet, sed ipsi Apostolicæ Sedi reservari; Nos eam pariter per eadem præsentia Litteras, Nobis & Sedi Apostolicæ reservamus; Declarantes tamen, sub hac reservatione minime comprehensa esse aut censeri Beneficia illa simplicia, aut residentialia non curata, quæ ad collationem, & provisionem dilectorum Filiorum Capituli, & Canoniorum Ecclesiæ Aquilejensis spectare dignoscuntur; sed ea, quatenus ex alio capite aut ratione, Apostolicis reservationibus, vel affectibus subiecta non sint, ad liberam prædictorum collationem & dispositionem, ut antea, pertinere. Ac decernentes, hujusmodi reservationem per præsentia indutam, eo ipso cessare debere, ac penitus sublatam censeri, quum Nobis, aut Successoribus nostris, Deo adjuvante, datum fuerit obstacula illa removere, per quæ Ordinarii Collationibus nunc locus esse non potest, quod ut quantocius obtinere mereamur, Nos quidem, in quantum vires suppetent, omni studio, atque opera adlaborare non desistemus.

§. 8. Deinde quum, sicut accepimus, in ea parte Diocesis Aquilejensis, quam a Vicario Apostolico regendam decrevimus, nonnullæ sint Parochiales, quæ extra Vicariatus prædicti fines sunt constitutæ; aliæ autem Matrices hujusmodi extra Vicariatum sitæ, Filiales Ecclesiæ habeant intra districtum ab Apostolico Vicario, ut præfertur, in spiritualibus gubernandam; volumus atque decernimus, ut quatenus ita se res habeant, nihil circa easdem Ecclesias, earumque respectivas superioritates, ac dependentias innovetur; nec ulla tam hujusmodi, quam aliarum quarumcumque Parochiarum dimembratio fiat, prout etiam nihil de bonis immobilibus, seu mobilibus pretiosis ad easdem Parochiales, sive ad alias, quascumque Ecclesias pertinentibus, alienetur; sed, falsis juribus enunciatur Matriciatis pro iis Ecclesiis, quibus ea competere dignoscuntur, earum Ecclesiæ Filiales in diverso districtu constitutæ, pro eo quod pertinet ad jura Episcopalia in personas animarum curæ præpositas, ipsarumque actualem curam, ab eo Superiore Ecclesiastico dependant, qui in hujusmodi districtu jurisdictionem exercebit; nimirum a Vicario Apostolico, si Ecclesiæ ipsæ intra Vicariatus limites existunt; si

vero extra eos constitutæ sunt, ab Ordinario illius loci, in quo eadem sitæ compleruntur.

§. 9. Præterea, cum inter alias facultates prædictæ Vicario Apostolico a Nobis superius concessas, atque tributas, ea etiam sit, ut Synodum Diocesanam convocare, & celebrare valeat; cumque hujusmodi Synodi celebratio haberi non solet, nisi post expletam Visitationem, in qua Ecclesiarum, & Clerici, Populique necessitates, sive defectus quibus per Synodalia Decreta occurrendum, atque medendum est, agnoscuntur; quatenus prædictus Carolus Vicarius Apostolicus, peracta Visitatione prædicta, atque omnibus per commissum sibi regionis tractum diligenter animadversis, opportunum, aut necessarium duxerit hujusmodi Synodum congregare; sicuti plerisque Episcopis, ad evitanda controversiarum & offensionum pericula, prudenter in more positum est, Synodum a se congregandam specimen, & Constitutiones, quas in ipsis edere meditantur, Apostolicæ Sedis examini in antecessum subicere; quamquam ipsi jure proprio, nec ulla speciali ipsius Sedis licentia ad hoc indigentes, Synodum cogant; ita volumus ac præcipimus, ut ab eodem Carolo Vicario, ante Synodi convocationem, consulatur hæc ipsa Apostolica Sedes, cujus auctoritate ac delegatione hujusmodi Ecclesiasticæ regiminis munia ab ipso exercebuntur; ac tum Personas, quas ad Synodum evocare intendit, super quibus controversiæ plerumque non desunt, tum Decreta, quæ in eadem edenda ac publicanda putabit, sine sorte litium & perturbationum fomenta fiant, distinctè representent; id maxime cavendo, ne aut in Visitatione, aut in Synodo, Decretum ullum condatur atque edatur, in quo Personæ, Ecclesiæ, aut res, extra Vicariatus sui limites constitutæ, comprehendantur; aliudve quid faciat, ex quo dissensionem & controversiam nunc nimirum vigentes foveri aut augeri possint. Quapropter Constitutiones atque Decreta, quæcumque in Synodo a dicto Carolo Vicario Apostolico per præsentia deputato, vel ab ejus Successoribus fient, nullam vim aut efficaciam habere volumus atque decernimus, nisi postquam a Nobis seu a Successoribus nostris Romanis Pontificibus, cognita, approbata, & confirmata fuerint.

§. 10. Insuper cum in Civitate Aquilejæ quoddam Monialium Monasterium addit, unius Apostolicæ Delegati gubernio subiectum, cujus quidem jurisdictionis exercitio in hujusmodi Monasterium atque Moniales nullum obstat impedimentum; ideo circa illud nihil innovari, sed omnia in eo statum quo nunc sunt, remanere volumus, & decernimus.

§. 11. Denique Patriarchalis Ecclesiæ Aquilejensis, cujuscumque Capituli, jura, prærogativas, præeminencias, libertates, exemptiones, Immunitates, statuta, laudabilesque consuetudines, intacta & illæsa permanere volentes, nullum jurisdictionis actum in ipsius Capituli Dignitates, atque Canonicos, seu adversus ipsos, a sæpedito Carolo Vicario Apostolico nunc deputato, aut ab ipsius Successoribus forsan deinceps deputandis, exerceri posse decernimus, atque statuimus; volentes dumtaxat, ut dum iidem Dignitates, atque Canonici in Civitate Aquilejæ residere, si quid forte ab eorum aliquo adversus Canonicam statuta, & Tridentini Concilii decreta, quæ ad vitam & honestatem Clericorum, sive ad consuetum Ecclesiæ, & Chori servitium pertinent, ex humana fragilitate admitti contingat; qui talia egerit, fraterne admoneri debeat ab eodem Carolo Vicario Apostolico; qui si nihilominus eum, quem sic admonuerit, nequaquam se emendare contempserit, vel etiam, ubi aliquem eorum ejusmodi excessus perpetrasse cognoverit, propter quod, ad aliorum exemplum, debitis animadversionibus coerceri mereatur; in hujusmodi casibus quos Deus pro sua clementia dignetur avertere volumus per eundem Carolum Vicarium Apostolicum quamprimum omnia referri ad hanc Apostolicam Sedem; quæ, audito etiam ipsius Vicarii consilio ac voto, opportuna pro rerum circumstantiis remedia adhibere non omittet.

§. 12. Cæterum omnibus & singulis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, in virtute Sanctæ Obedientiæ, & pro debita Sedis Apostolicæ reverentia, per easdem præsentia præcipimus & mandamus, ut di-

Similitudo argumenti facit, ut sequentes Litteras addamus non ita pridem editas, super temporanea pariter deputazione Episcopi Comacensis in Vicarium Apostolicum Terrarum & Locorum, in quibus Præpositi Sanctæ Mariæ de Pomposa jurisdictionem Ordinariam cum Territorio separato sibi competere asserunt.

## BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. **D**UM Apostolicæ sollicitudinis studia omnium per Orbem Ecclesiarum necessitatibus, quantum Nobis ex alto conceditur, impendere non desistimus, ignorare Nobis, aut dissimulare non licet, quibus jam dudum impeditis, non sine spirituali animarum detrimento, subiacet Ecclesiasticæ regiminis administratio, in quodam temporalis Pontificis Ditionis Nostræ tractu, quem ex una parte Comacenses Episcopi, tamquam Diocesis suæ portionem, suæ Ordinariæ jurisdictioni subiectum esse debere asserunt; ex altera vero parte Præpositi, Præposituram Sæculari a recol. mem. Prædecessore nostro Innocentio Papa VIII. in Ecclesia tunc existentis Monasterii Sanctæ Mariæ de Pomposa nuncupatæ Ordinis Sancti Benedicti olim erectam, pro tempore obtinentes, ab eorumdem Episcoporum Comacensium, & aliorum quorumcumque Ordinariarum jurisdictione totaliter exemptam, & tamquam separatam, & propriam dictæ Præposituræ Territorium, sibi, suæque jurisdictioni in spiritualibus per omnia subiacere debere contendunt; in quo quidem Tractu quatuor Terræ, seu Loca, videlicet *Capitis Gauri*, & *Lacus Sancti*, ac *Medioguarii*, & *Mazzaricæ*, in quarum & quorum singulis propria Parochialis Ecclesia existit, & in quibus, earumque respectivè districtibus, seu Territoriis, ad quatuor mille & quingentesi Habitatores numerantur, sitæ, seu sita reperiuntur.

§. 2. Porro ad prospiciendum spiritualibus hujusmodi animarum indigentis, olim quidem inter tunc & pro tempore existentes Episcopos Comacenses ex una, & dictos Præpositos ex altera partibus, conventum fuit, ut Episcopi Comacenses prædicti, quoscumque spiritualis jurisdictionis actus, excepta Beneficiorum collatione, in prædicta Loca, eorumque Incolas, nomine ac vice illius, ad quem de jure & juxta Sacrorum Canonum dispositionem spectaret, sine præjudicio jurium ambarum Partium tam in petitorio, quam in possessorio, & per modum provisionis, exercerent. Verum procedentibus temporibus, & antiquis controversiis reviviscentibus, alia, quæ usque nunc obtinet, consuetudo inducta fuit; ut scilicet spirituale hujusmodi Locorum & Animarum gubernium a Romano Pontifice, per organum sui Auditoris, uni pro tempore Vicario Apostolico cum opportunis facultatibus committeretur; idque munus Brittoniensis primum Episcopo, alias vero Ravennatenis Archiepiscopo, aut Cerviensis, vel Adriensis Episcopi delegatum fuit; nunc autem a Venerabili Fratere Hippolyto Gratiadei Episcopo Civitatis Plebis, qui antea Metropolitanæ Ferrariensis Ecclesiæ Archiepiscopus, in ipsa Ferrariensi Civitate residebat, obtineri pergit.

§. 3. Cum autem & dicta principalis controversia certis de causis adhuc pendeat indecisa, & præfens regiminis forma ad consulendum, quantum sufficere dignoscatur; absentibus nimirum ab ipsis Locis, de quorum regimine agitur, tam ipsi Præpositis activam sibi jurisdictionem in eorumdem Locorum Clerum & Populum asserentibus, quam etiam Apostolicis Vicariis ad eandem jurisdictionem exercendam deputatis; Idcirco Nos, post maturum rei examen, omnibus rite perpensis, ad abusus omnes, si qui contra Dei cultum, aut in morum, ac vitæ tam Clericorum, quam Laicorum illarum partium deturpationem irrepserunt, quamprimum eradandos, vel, quatenus in futurum timeantur, opportune præcavendos, in hanc sententiam, consiliumque devenimus, ut idem fere remedium, seu temperamentum, Apostolica auctoritate interponeremus,

ut dictum Carolum electum Menniten. ad demandatum sibi Vicarii Apostolici Officium in prædicta parte Diocesis Aquilejensis Austriacæ Familiæ Principum temporali dominio subiecta, & ad eisdem Officii liberum exercitum, juxta tenorem earundem præsentium, recipiant & admittat; eumque in nostrum & Sedis Apostolicæ Vicarium & Delegatum in præmissis, durante Vicariatu, deputatione, ac beneplacito hujusmodi, recognoscant; eique in omnibus, quæ ad idem Officium pertinent, respectivè pareant, faveant, & assistant; nec non ipsius mandata & salubria monita humiliter suscipiant, & efficaciter adimplere procurent; alioquin sententias & penas, quas rite tulerit & staverit in rebelles, ratas habebimus, & hujus Apostolicæ Sedis auctoritate faciemus, auctore Domino, usque ad satisfactionem condignam, inviolabiliter observari.

§. 13. Decernentes, easdem præsentia Litteras, & in eis contenta & statuta quæcumque, etiam ex eo, quod quilibet in præmissis, seu in eorum aliquo, jus aut interesse habentes, vel habere prætendentes quomodolibet, cujuscumque status, ordinis, præeminentiæ, & Ecclesiasticæ, aut Mundanæ Dignitatis existant, etiam specificæ & individua mentione & expressione digni, illis non consentient; nec eorum aliquos ad ea vocatos, vel etiam nullo modo, aut non satis auditos, dici, aut prætendi possit, aut ex alia quolibet etiam juridica, & privilegiata causa, colore, prætextu, & capite, etiam in corpore juris clauso, nullo subreptionis aut obreptionis vitio, seu intentionis nostræ, aut interesse habentium consensu, aliove quolibet defectu notari, impugnari, aut in controversiam vocari posse; sed tanquam ex officio nostri, debito, ac motu proprio, & certa scientia nostris, factas & emanatas, omnimoda firmitate validas & efficaces existere & fore, suosque plenarios & integros effectus fortiri & obtinere, eidemque Carolo Vicario Apostolico, aliisque ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit, plenissime suffragari, ac respectivè ab eodem, aliisque omnibus quos concernunt, & concernent in futurum, in omnibus & per omnia inviolabiliter observari; sicque & non aliter per quoscumque Judices Ordinarios, & quoscumque etiam Apostolica auctoritate delegatos, etiam S. R. E. prædictæ Cardinales de latere Legatos, & Apostolicæ Sedis Nuncios, aliosque quoslibet, sublati eis, & eorum quilibet quavis aliter iudicandi & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari & definiti debere; irritum quoque & inane, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 14. Non obstantibus de jure quæsto non tollendo, aliisque nostris & Cancellariæ Apostolicæ Regulis, seu Apostolicis, ac in Universalibus, Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis, generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus; nec non quibusvis, etiam Apostolicæ Sedis scientia & tolerantia, vel ejusdem temporali provisione inductis, aut etiam expressa & perpetua confirmatione, vel quavis firmitate alia roboratis usibus, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus, Privilegiis quoque, Indultis, aut Litteris Apostolicis, cuilibet Ecclesiæ, aut quibuscumque Personis, quæcumque Ecclesiastica, aut Mundana Dignitate fulgentibus, etiam specificæ & individua mentione dignis, sub quibuscumque formis, & verborum tenoribus, etiam motu simili, & de Apostolicæ potestatis plenitudine, seu consistorialiter, in contrariam præmissorum concessis, & emanatis; Quibus omnibus, & singulis, etiam, pro illorum sufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specificæ, expressæ & individua mentio faciendæ, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, eorum tenores, formas, causas, & occasiones, eidem præsentibus, perinde ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, hic inserti forent, pro plene & sufficienti expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat plenissime derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Anulo Piscatoris die 17. Junii 1750. Pontificatus Nostri Anno Decimo.

Bullar. Rom. Bened. XIV. Tom. III.



N. IV. remus, quod olim mutua concedentium Partium consensione adhibuit, earumque iudicio, vel omnium aptissimum, & nullum earum iuribus detrimentum allatum, ut superius innuimus, delectum fuit: Ut scilicet, sine præiudicio quorumcumque huiusmodi iurium dictarum Partium dissentientium, tam quoad petitorium, quam quoad possessorem, durante controversia huiusmodi, dictorum Locorum & Animarum inibi existentium Spirituale regimen, Apostolica auctoritate, ab Episcopo dictæ Civitatis nostræ Comacensis exerceatur, utpote cuius ordinaria residentia in eisdem Locis satis propinqua existit; siquidem ab ea Civitate, prædicta Terra Locus Sancti quinque, altera vero Capituli Gaurii, septem, alia vero Loca prædicta novem, aut duodecim passuum millibus ad summum distare dignoscuntur.

§. 4. Itaque motu proprio, ac certa scientia, & de Apostolicæ potestatis Nostræ plenitudine, omnes primum & singulas provisiones, ordinationes, seu deputaciones, pro prædictorum Locorum Spirituali gubernio, tam ab ipsis concedentibus Partibus, quam etiam ab hac Apostolica Sede, & Romanis Pontificibus Prædecessoribus Nostris, seu a Nobis ipsis, quancumque captas, editas, factas, & emanatas, præsentium tenore abrogantes, irritantes, & revocantes, decernimus, atque statuimus, spirituale regimen atque gubernium totius & integri Tractus prædicti, quem iisdem Præpositi sibi in Spiritualibus subiectum esse continentur, ac personarum Cleri & Populi inibi existentium ab Episcopo Comacensi, tamquam Vicario Apostolico, durante controversia huiusmodi, gerendum & exercendum fore. Quocirca Nos, earumdem præsentium tenore, Venerabilem Fratrem modernum Episcopum Comacensem in dicto Regionis Tractu, & Locis, ac Terris ibidem existentibus, Apostolicum in Spiritualibus Vicarium, & Commissarium, ad Nostrum, & ipsius Sedis Apostolicæ beneplacitum constituimus & deputamus; cum facultate Ecclesias, & Loca pia omnia, ac etiam, si quæ inibi existant, aut deinceps erigantur, Monialium Monasteria, etiam exempta, quoad Clausuram, ad Sacri Tridentini Concilii præscriptum, visitandi, & reformandi, ac ad visitationem huiusmodi celeritate & debita cum diligentia procedendi, nec non Presbyteros & Clericos dictorum Locorum ad suam Synodum Diocesanam evocandi, & tam in dicta Synodo, quam extra eam, quascumque opportunas Ordinationes, Statuta, & Edicta, pro dictorum Locorum Spirituali regimine, ad formam Sacrorum Canonum, ac Decretorum Apostolicæ Sedis, & dicti Tridentini Concilii, condendi, edendi, & promulgandi; Iudices, & Vicarios Foraneos, ac Notarios, Promotores Fideles, & Executores, omnesque alios necessarios Officiales & Ministros ibidem deputandi, seu, pro rerum & casuum opportunitate, etiam a propria Episcopali Curia illuc mittendi; eosque removendi, & alios in eorum locum subrogandi; Quascumque Litteras & Commissiones Sedis Apostolicæ, circa res & personas dictorum Locorum, exequendi, & iuxta eas procedendi: Litteras Monitoriales in forma Significavit, pro rebus deperditis, seu furto sublatis, iuxta præscriptum dicti Concilii Tridentini, & Bullæ felicis recordationis Sancti Pii Papæ V. Prædecessoris Nostris, concedendi; in Beneficiis de iure Patronatus, eorumque erectione & constitutione, nec non in Locationibus Emphyteuticis, alienationibus, & permutationibus bonorum Ecclesiasticorum, iuxta formam Sacrorum Canonum, & Constitutionum Apostolicarum, auctoritatem & consensum præstandi; Causas Criminales, & Civiles ad Forum Ecclesiasticum spectantes, etiam Matrimoniales, & Beneficiales, tam per se, quam per suum Vicarium in Spiritualibus Generalem Comacis residentem, cognoscendi, audiendi, committendi, ac decidendi, sineque debito terminandi. Personas quoque tam Laicas, quam Ecclesiasticas, & præsertim Animarum curam gerentes, visitandi, reformandi, & corrigendi; ac contra delinquentes, etiam per inquisitionem, & ex officio, prout juris fuerit, procedendi; eosque puniendi, deponendi, & excommunicandi, suspendendi, & interdicendi; multas, & penas pecuniarias, apud probum & idoneum Virum per ipsum de Clero eligendum, deponendas, & piis usibus

ejusdem arbitrio applicandas, imponendi; penarumque & sententiarum earumdem moderationem & mitigationem, & casuum ac censurarum abolitionem, & relaxationem sibi reservandi; nec non censuras & penas ipsas, in casibus a jure permissis, aggravandi & reagravandi; & ab illis, nec non a casibus reservatis huiusmodi, prout sibi videbitur convenire, absolvendi, & absolvi faciendi; Confessarios, per se, vel per suos Examinatores Synodales, etiam in Civitate Comacensi, si ita sibi videbitur, examinatos, & idoneos repertos, approbandi; & pro dictis Locis, cum facultatibus arbitrio suo definitis, deputandi, eosque revocandi: In Parochialibus Ecclesiis pro tempore vacantibus, per eos Presbyteros OEconomos & administratores, usque ad novorum Parochorum electionem, seu Vicariorum deputacionem, ad sui beneplacitum deputandi, & constituendi; item in singulis Terris & Locis prædictis unum aut plures Presbyteros cum facultate imperitandi Fidelibus in mortis articulo constitutis Benedictionem Apostolicam auctoritate cum Indulgentia Plenaria, ad formam nostræ constitutionis, quæ incipit *Pia Mater*, deputandi; aliaque omnia & singula, præterquam in Beneficiorum Collationibus, & Concionatorum deputacionibus, de quibus infra statuimus, faciendi & exercendi, sive per se, sive per suum Vicarium Generalem, aliove a se deputatos, non solum quæ modernos & pro tempore exilentes Præpositos, si is Ordinariam jurisdictionem in prædicta Loca, & Personas, actu exerceret; sed etiam quæ ipse Comacensis Episcopus, si eadem Loca ad ipsius Diocesim spectare judicaret, fore Ordinariis, ac etiam, vigore Decretorum Concilii Tridentini, Delegato, & ratione jurisdictionis etiam voluntariæ, ac etiam in vim pecuniarum Indultorum sibi, intuitu prædicti suæ Comacensis Ecclesiæ, ab hac Apostolica Sede concessorum, facere & exercere possit, quæque etiam, pro tuenda Catholice Fidei, & Divini cultus puritate, ac morum & disciplina integritate, & pro promovenda animarum salute, curare & præstare deberet; non solum circa præmissa, sed etiam circa alia, quæ magis specialem & expressam commissionem exigant; & cum facultate substituti, in casu absentia ipsius Episcopi a sua Comacensi Civitate & Diocesi, seu alterius necessitatis causa, cum simili, vel limitata facultate.

§. 5. Præterea eidem Comacensi Episcopo, tamquam Nostris, dictaque Apostolicæ Sedis Vicario, ut præsertim, ibidem in Spiritualibus constituto, Sacramentum Confirmationis in dictis Locis administrandi, seu personis eorumdem Locorum, etiam in Comacensi Civitate, aliove Diocesis suæ Locis, conferendi; nec non personas eorumdem Locorum, tam Seculares, quam Regulares, a suis etiam Synodalibus Examinatoribus, etiam in dicta Civitate Comacensi, arbitrio suo, ut præsertim, examinatas & idoneas repertas, alioque servatis de jure servandis, ad Clericalem Tonsum, & omnes in dicta Sacros, & Presbyteratus Ordines, tam in dicta Civitate, quam in aliis Diocesis suæ, nec non prædicti Tractus Locis, promovendi; seu easdem personas, per suas Dimissorias Litteras, ad alios Episcopos, eisdem Tonsum, & Ordinibus initiandas, dirigendi; itaque sic promotis, ministrandi, & celebrandi licentiam, & arbitrio suo daturam, concedendi: Item consecrandi Ecclesias dictorum Locorum, & Altaria inibi existentia, nec non Calices & Patenas, ac benedicendi Campanas, easdemque Ecclesias pollutas reconciliandi; aliaque Pontificalia munia ibidem exercendi; ac Populo benedicendi, & consuetas Indulgentias concedendi; nec non sacramentum suppellectilium, aliisque benedictiones, in quibus sacra Unctio non requiritur, simplicibus Presbyteris delegandi, facultatem, & auctoritatem, earumdem præsentium Litterarum tenore concedimus, & imperitumur.

§. 6. Quod vero spectat ad Beneficia Ecclesiastica cum cura & sine cura, nihil volumus innovari, sed illorum collationem & provisionem, atque ad eam nominationem, & præsentationem, nec non Vicariorum Curatorum deputacionem, ad respective approbationem, & institutionem, eodem jure deinceps, & per easdem respective Personas fieri debere statuimus, a quibus illas ad hunc diem factas fuisset.

se dignoscitur. Item Concionatorum Verbi Dei electionem pro Ecclesiis in dicto Tractu existentibus ad Præpositum, ut antea, spectare; ipsos vero Concionatores electos, antequam ministerium sibi demandatum aggrediantur, personaliter se coram Vicario Apostolico præsentare, & ab eo Benedictionem petere debere volumus & decernimus.

§. 7. Hanc autem providentiam a Nobis captam, & Vicariatus Apostolici huiusmodi institutionem, ejusque formam, nisi alter Nobis & Successoribus nostris placuerit, eos usque durare debere statuimus, donec controversia principalis super pertinentia Ordinariæ Spiritualis Jurisdictionis in prædicta Loca, eorumque Clerum & Populum, decisa, ac terminata, seu alias extincta fuerint. Quapropter simili motu & auctoritate decernimus, præmissam deputacionem, & omnesque & singulas facultates superius concessas, prædicta controversia pendente, ac beneplacito huiusmodi durante, ad futuros etiam Comacenses Episcopos dicti moderni Episcopi Successores, ipso facto, & præsentium Litterarum vigore, transire, ac etiam, dicta Comacensi Episcopali Sede vacante, easdem facultates ab ipso Ecclesiæ Vicario Capitali pro tempore deputando, quatenus tamen a Vicariis Capitalibus huiusmodi Diocesis Pastoris solatio desituerint exerceri possunt, ac solent, simili auctoritate Apostolica, in prædicta Loca, eorumque Habitatores, exerceri posse, ac etiam debere statuimus.

§. 8. Volumus autem, ut tam modernus Comacensis Episcopus, ejusque Successores prædicti, quam etiam Vicarii Capitalibus huiusmodi, in singulis actibus, quos circa res & personas dictorum Locorum præsentium litterarum nostrarum auctoritate, ab ipsis fieri contigerit, expresse declarare debeant, sub pena nullitatis huiusmodi actuum, se, tamquam Apostolicæ Sedis Vicarios, in ipsis procedere. Decernentes, per hæc a Nobis statuta nullum omnino præiudicium quibuscumque iuribus dictarum Partium, tam scilicet dicti moderni & pro tempore existentis Præpositi, Ordinariæ spiritualium in prædicta Loca jurisdictionem, seu forsitan magis amplam & liberam in præmissorum Vicariorum & Concionatorum deputacione, aliove præmissis, facultatem sibi competere afferentis, quam etiam ejusdem moderni & pro tempore existentis Episcopi Comacensis, jus sibi esse contententis eadem Loca & Homines propria sua Ordinaria auctoritate in Spiritualibus regendi & gubernandi, seu forsitan dictos Vicarios Curatos, atque Concionatores eligendi, aut Beneficia conferendi, aliaque præmissa, seu eorum aliqua, etiam pendente controversia huiusmodi, gerendi & exercendi; ac aliorum quorumcumque in præmissis, seu eorum aliquo, interesse habentium, sive in petitorio, sive in possessorio, inferri & irrogari, seu illatum unquam & irrogatum censeri posse; sed eadem jura in eodem omnino statu remanere, in quo ante præsentem providentiam nostram reperiebantur; Ipsaque præsentibus Litteras, & in eis statuta huiusmodi, etiam ex eo, quod quilibet in præmissis, seu in eorum aliquo, jus aut interesse habentes, vel habere prætendentes quomodolibet, cujuscumque status, ordinis, præminentie, & Ecclesiasticæ, aut Mundanæ Dignitatis existant, etiam specifica & individua mentione & expressione digni, illis non consenserint, nec eorum aliquos ad ea vocatos, vel etiam nullo modo, aut non satis auditos, dici, aut prætendi possit, aut ex alia qualibet etiam juridica & privilegiata causa, colore, prætextu, & capite, etiam in corpore juris clauso, nullo subreptionis, aut obreptionis vicio, seu intentionis nostræ, aut interesse habentium consensu, aliove quolibet defectu notari, impugnari, aut in controversiam vocari posse; sed, tamquam ex officio nostri debito, ad promovendam animarum salutem, & spirituales Fidelium in præmissis Locis degentium utilitatem, & ad graves ac perniciosos abusus removendos, seu præcavendos, ut præsertim, ac dictis motu, & auctoritatis plenitudine factas & emanatas, omnimoda firmitate validas & efficaces existere & fore, & tam eidem moderno Episcopo Comacensi, ejusque successoribus, nec non Vicariis Capitalibus prædictis, quoad exercitium huiusmodi Vicariatus Apostolici, & facultatum superius concessarum, quam etiam aliis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, plenissime suffragari, ac respective ab omnibus, quos concernunt, seu concernent

in futurum, in omnibus, & per omnia observari; Sicque & non aliter per quoscumque Iudices Ordinarios, & quacumque etiam Apostolicam auctoritate Delegatos, & S. R. E. prædictæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, & Apostolicæ Sedis Nuntios, alioque quoslibet, sublata eis & eorum cullebet, quavis aliter iudicandi & interpretandi facultate & auctoritate, iudicari & definiti debere; irritum quoque & inane, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 9. Quocirca omnibus & singulis tam Ecclesiasticis, quam Laicis personis in dicto Regionis Tractu commorantibus, aliisque, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, in virtute sanctæ obedientiæ, dictaque auctoritate, & præsentium tenore, præcipimus & mandamus, ut præfatum modernum Episcopum Comacensem, ejusque Successores Episcopos, ac etiam Vicarios Capitulares prædictos, in nostris, & Apostolicæ Sedis Vicariis, durante Vicariatu, deputacione, ac beneplacito prædictis, pro tempore recognoscant, & ad præmissarum facultatum, ejusdemque Vicariatus Officii liberum exercitium, recipiant & admittant; ac illi, & illis, in omnibus, quæ ad idem Officium pertinent, debitam subjectionem & observantiam exhibeant; alioquin sententias & penas, quas rite tulerint, & statuerint in rebelles, ratas habebimus, & hujus Apostolicæ Sedis auctoritate, faciemus, auctore Domino, usque ad satisfactionem condignam, inviolabiliter observari.

§. 10. Non obstantibus de jure quæstio non tollendo, aliisque nostris, & Cancellarie Apostolicæ Regulis, seu Apostolicis, ac in Universalibus, Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis, generalibus; nec non quibusvis, etiam Apostolicæ Sedis scientia & tolerantia, vel ejusdem temporali provisione indultis, aut etiam expressa confirmatione, vel quavis firmitate alia roboratis usibus, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus; Privilegiis quoque, Indultis, aut Litteris Apostolicis prædictæ Ecclesiæ Comacensis, ac Præposituræ S. Mariæ de Pomposia, ejusdemque Monasterio, aut quibuscumque personis, quacumque Ecclesiastica, aut Mundana Dignitate fulgentibus, etiam specifica & individua mentione dignis, sub quibuscumque formis & verborum tenoribus, etiam motu simili, & de Apostolicæ potestatis plenitudine, in contrarium præmissorum concessis, & emanatis. Quibus omnibus & singulis, etiam pro illorum sufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus, specialibus, specifica, expressa, & individua mentio faciendi, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, eorum tenores, formas, causas, & occasiones, eisdem præsentibus, perinde, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, hic inserti forent, pro plene & sufficienter expressis & insertis habentibus, illis alias in suo robore permanentibus, hac vice duntaxat, & ad præmissorum effectum, plenissime derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Anulo Piscatoris die 8. Martii 1752. Pontificatus Nostris Anno XII.

## NUM. V.

## DERITU, ET USU

Cerearum Formarum, quæ benedici, & consecrari solent a Romano Pontifice.

Formula impressa de mandato Sanctissimi Domini Nostris, Anno MDCCLII.

Per vetustum in Ecclesia Romana ritus est ille, quo Summi Pontifices benedicere, & consecrare solent Cereas Formas, quæ *Agnus Dei*, vulgo appellantur. In Ordine Romano, qui Eruditorum iudicio antiquior est Seculo octavo, innuitur præfatus Ritus; In Cæremonialibus vero ejusdem Romanæ Ecclesiæ designantur materia, forma, & preces in huiusmodi consecratione adhibendæ, quæ sacras continent, mysticæque significationes.

Con-



N. IV. Conscientur hi *Agnus Dei* ex Cera alba, pura, virginea, quo Humana denotatur natura a Christo, virtute Divina, sine ulla mixtione, aut contagione culpe in purissimo Mariae Virginis Utero assumpta. Agni imago in illis imprimitur, Agni illius immaculati symbolum, qui pro humana reparatione in Ara Crucis immolatus est. Adhibetur Aqua benedicta, quo nimirum elemento, cum in veteri, tum in novo Fœdere, præclara Sacramenta, & prodigia a Deo effecta sunt. Miscetur in ea Balsamum, quo bonus Christi odor significatur, quem in omni actu, & conversatione redolere debent Christiani, Superinfunditur Chrisma, quo res aliæ Divino cultui specialiter addictæ, veluti Tempia, Altaria, & Sacerdotes, præparari solent, ac consecrari, atque in eo præstantissima virtutum omnium Charitas figuratur.

In Aqua igitur prius benedicta, ac Balsamo, & Chrismate mixta, Cerei illi *Agnus Dei* immerguntur, & Summus Pontifex tam ante, quam post merionem, sanctissimis precibus Deum exorat, ut eas Formas benedicere, sanctificare, & consecrare dignetur, hisque tantam impertiat virtutem, ut quicumque recta fide, ac vera pietate eisdem usus fuerit, hæc dona, ac beneficia consequatur.

I. Ut aspectu, vel tactu Agni in cereis illis formis impressi, excitentur Fideles ad memoranda sub eo symbolo Redemptionis nostræ mysteria, conceptisque grati animi sensibus, Divinam in nos Bonitatem benedicant, venerentur, ac diligant; fidentes fore, ut per eam, peccatorum veniam obtineant, & maculas abstergant.

II. Ut ad vivificæ Crucis signum in eisdem Cereis impressum maligni Spiritus contremiscant, & fugiant, facessant grandines, subsistant venti, dissipentur tonitrua, abigantur turbines, fulgura, & tempestates.

III. Ut Divinæ benedictionis virtute, non prævaleant diabolicæ fraudes, insidiæ, & tentationes.

IV. Ut Parturientes cum foetu incolumes serventur, eumque feliciter in lucem emittant.

V. Ut iisdem devote utenti nulla dominetur adversitas, nulla noceat pestilentia, aerisve corruptio, nullus comitalis morbus eum corripiat; nulla maris tempestas, nullam incendium, nulla inundatio, nulla adversitas eum prævaleat malignitas.

VI. Ut in prosperis, adversisque casibus Divina protectione munitur; ab humanis vel diabolicis insidiis, a subitanea, & improvisa morte, a cunctis denique malis, & periculis liberetur, per Vitæ, ac Passionis Jesu Christi mysteria.

Mirabiles hujus Sacri Cerei virtutes explicatæ jam olim fuere, atque his versibus comprehensæ.

*Pellitur hoc signo tentatio Demonis atri,  
Et pietas animo surgit, abique tepor.  
Hoc aconita fugat, subitæque pericula mortis,  
Hoc et ab insidiis vindicæ, tutus eris.  
Fulmina ne feriant, ne sæva tonitrua ledant,  
Ne mala tempestas obruat, istud habe.  
Undarum discrimen idem propulsat, et ignis,  
Ullaque no noceat vis inimica, valet.  
Hoc facilem partum tribuere, præsertim fatum  
Incolumem mundo præferet, atque Deo.  
Unde, rogas, uni tam magna potentia signo?  
Et Agni mortis, haud aliunde fuit.*

Quæ quidem beneficia, & gratiarum dona a bonorum omnium Largitore Deo Fidelibus tribui ac concedi, virtute hujus Sacri Cerei communicata per benedictionem, ac precationem in primis, quas Christi Vicarius Romanus Pontifex universæ Ecclesiæ nomine in eorum consecratione fundere solet, res est firmiter omnino credenda, ac variis, eximisque miraculis sæpissime confirmata. Quod si optatus non semper obtineatur effectus, id non defectui virtutis rei factæ, sed vel infirmæ exiguæque utentium Fidei ac Devotioni, vel alteri occultæ causæ Deo competæ ac probatæ, tribuendum est.



MUTHEMELIUS 255

**S U P P L E M E N T U M**  
**L I T T E R A R U M A P O S T O L I C A R U M**  
P R I O R I B U S A N N I S E D I T A R U M,

Quæ in Voluminibus I. & II. inferendæ erant.

**N U M. I.**

VVarmienſi & Sambienſi conceditur uſus Pallii,  
& juſ præferendæ Crucis, more  
Archiepiſcoporum.

**B E N E D I C T U S P A P A X I V.**

Ad perpetuam rei memoriam.

**R**OMANA Ecclesia omnium Ecclesiarum Mater & Magistra, a caelesti Sponſo Paſtorum Principe JESU CHRISTO, cujus vices plane immerentes Nos in terris gerimus, ſupremum auctoritatis dignitatique principatum ſupra univerſum Terrarum Orbem ſibi uni attributum, ita cum aliarum Ecclesiarum Paſtoribus participavit, ut modo uni, modo alteri, pro meritis, ac locorum, temporum, perſonarumque conditionibus, & auctoritatibus, & dignitatibus decora, atque officia, opportune ad Divini honoris gloriam augendam, populorum neceſſitatibus providendam, & Catholicæ Fidei Majeſtatem, veritatemque conſtantiffime in omnium animis confirmandam, diſtribuerit.

**§. 1.** Inter tot autem præcipua, quæ Antiftitibus interdum conferri ſolebant, inſignia, duo numerantur, & deſiderandi Pallii, & Præferendi Sanctiſſimæ Crucis Signi honor. Et Pallium quidem, quod ex Lana contextum, Ovis illius, quam Dominus aberrantem quæſivit, inventamque humeris ſuis ſubtulit, pellem ſignificat, ut Epifcopus, qui Chriſti typam gerit, ipſius munere fungatur, atque etiam ipſo habitu illud omnibus oſtendat, ſe boni, ac Magni illius Paſtoris imitorem eſſe, qui gregis infirmitates ſerendas ſibi propoſuit, niſi exigentibus cauſarum meritis, juxta præſentem conſuetudinem, & ſortiter poſtulantibus, non dabatur. Crucis vero præferendæ mos, a Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus noſtris, quibus ſupremam ſuper omnes Eccleſiaſticorum Virorum odines Jurisdictionem ac poteſtatem habentibus Crux præferrebat, primum ad eorundem Legatos, deinde ad alios Antiftites deductus eſt, ut conſiderantes diligenter, quod in Cruce Domini noſtri JESU Chriſti eos oporteat gloriarî, Crucis mortificationem jugiter in ſuis corporibus debeant pro divini Nominis amore portare.

**§. 2.** Hæc ſecum recolens Venerabilis Frater Adamus Stanilaus VVarmienſis & Sambienſis Epifcopus, ac reputans, non leve populis ſuæ paſtorali curæ commiſſis, qui undique ab hæreticis circumdantur, futurum incitamentum, ſi ipſum modernum & pro tempore exiſtens VVarmie & Sambie Epifcopum, aut in Solemnitatibus, juxta canonicas præſcriptiones cum Pallio celebrantem, aut cum Sanctiſſimæ Crucis Signo ante eundem delato iter agentem aſpicerent, ut & majorem Sacris Myſteris venerationem deſerant, & Epifcopali Dignitati majorem exhibeant reverentiam; ea propter Nobis humiliter ſupplicari fecit, ut in præmiſſis opportune providere, & ut infra, indulgere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

**§. 3.** Nos igitur eundem Adamum Stanilaum Epifcopum ſpecialibus favoribus & gratiis proſequi volentes, & a quibuſvis ſuſpenſionibus, & interditi, aliſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium tantum conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, ſupplicationibus ejus, aliorumque de hac Apoſtolica Se-

de bene mereri pergentium nomina, Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, & attentis præmiſſis, ac præſertim quod VVarmienſis, & Sambienſis Epifcopus Sacri Romani Imperii Princeps fit, & VVarmienſis & Sambienſis Eccleſiæ invicem perpetuo Canonice unicæ Sedi Apoſtolicæ prædictæ immediate ſubjectæ exiſtant; Ipſi Adamo Stanilaus moderno, ac pro tempore exiſtenti Epifcopo VVarmienſi & Sambienſi uſum Pallii in Solemnitatibus per Sacros Canones præſcriptis celebrandis, & Crucis ante ſe præferendæ per VVarmienſem & Sambienſem Civitates & Dioceſes dumtaxat, & non alibi omnino, ſive in alienis, Dioceſibus, ſive in Regni, & Sacri Romani Imperii præſati Comitibus, ſive in quibuſcumque aliis locis Epifcopo præſato non ſubjectis, nec etiam de Ordinarij licentia; nec etiam in Civitatibus, & Dioceſibus VVarmienſi & Sambienſi, præſentibus, vel quolibet Diſcreto Filio Noſtro Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinali, vel quolibet Noſtro, & ejuſdem Sedis ordinario, vel extraordinario Legato, aut Nuncio; ſub gratiæ, & conſeſſionis hujusmodi nullitate, aliſque ad noſtrum & Sedis præſertim arbitrium moderandis, & inſignibus pœnis; & dummodo, quoad Pallium, tam dictus Adamus Stanilaus Epifcopus, quam quoties ipſum, & Epifcopum hujusmodi pro tempore exiſtens, viam univerſæ carnis ingredi contigerit, ipſe Adamus Stanilaus, & toties novus Epifcopus illud ab eadem Apoſtolica Sede, ſervatis de jure, vel conſuetudine ſervandis, poſtularit, & de Corpore Sancti Petri Apoſtolorum Principis ſumptum Romano pro tempore exiſtente Pontifice, juxta præſcriptas ſanctiones acceperit, & omnia, quæ cum Archiepiſcopis Pallia traduntur, ſervari ſolita ſunt, omnino ſerventur, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium, concedimus, & indulgemus.

**§. 4.** Decernentes eandem præſentes litteras ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, a illis, ad quos ſpectat, & pro tempore quâocumque ſpectabit, pleniffime ſuſfragari; ſicque in præmiſſis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegates, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ præſatæ Cardinales, etiam de latere Legatos, & Sedis præſatæ Nuncios, ſubſtata eis, & eorum cuilibet qualiter aliter judicandi, & interpretandi facultate & auctoritate, judicari, & deſiniri debere, ac irritum & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſciantur, vel ignoranter contigerit attentari.

**§. 5.** Non obſtantibus, quatenus opus ſit, noſtris, & Cancellariæ Apoſtolicæ Regulis, nec non Apoſtolicis, ac in Univerſalibus, Provincialibusque & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, aliſve quibuſvis, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, & litteris Apoſtolicis, in contrarium præmiſſorum quomodolibet conſiſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, illorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad verbum inferri habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum, hæc vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub Annu-Dat. die 27. lo Piſcatoris die XXI. Aprilis MDCCCLII. Pontificatus April. 1752. Noſtri Anno Secundo.

D. Card. Paſſioneus.

*Exonium.*  
*Sacri Pallii delatio, & Crucis elevatio, quid importent.*

*Epifcopi Quætoris inſtantia.*

*Conceditur uſus Pallii, & juſ præferendæ Crucis.*

*Cam oportet limitari.*

*Claſſula pro perpetua ſoludini ſumitate.*

*Derogationes.*